



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

62. An inter religiosos peccata carnalia occulta sint denuntianda Prælato
ut judici absque prævia correctione? Ex p. 7. tr. 3. r. 62.
-

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](#)

se me haze la Sentencia de Soto, con que aya Fiscal, o otro denunciador, que denuncie, y se aparte en el segundo proceso de la segunda denuncia iudicial: y así se haze en el Santo Oficio; porque de otra manera, cierto es que no puede una misma persona en un mismo proceso ser denunciador, o acusador, y testigo: y al argumento del Maestro Aragon, es facil la respuesta, diciendo que no se puede tener por sospecho el que tiene tanta caridad, que guarda puntualmente el proceso de la corrección fraterna, que es acto de caridad. Hucunque Vilalobos.

RESOL. LXII.

An inter Religiosos peccata carnalia occulta sint denuncianda Prelato ut indici absque prauia correctione? Ex part. 7. tract. 3. Ref. 62.

Supr. in Ref. §. 1. D E hac quest. paulò suprà aliquid in generali dicitum est, & affirmatiuam sententiam docet nouissimè Caspensi. in *Carlo Theolog. tom. 2. tr. 27. disp. 6. scil. 4. n. 39.* vbi sic ait: Peccatum in Ref. 55. §. vlt. & in R. not. seq.

D e hoc quest. paulò suprà aliquid in generali dicitum est, & affirmatiuam sententiam docet nouissimè Caspensi. in *Carlo Theolog. tom. 2. tr. 27. disp. 6. scil. 4. n. 39.* vbi sic ait: Peccatum in Ref. 55. §. vlt. & in R. not. seq.

fornicationis inter Religiosos debet computari inter

crimina excepta; atque adeo ante p̄missam moni-

tionem, quamvis sit occultum, debet denunciari

Prelato tanquam Iudici, dummodo sit in via, & per-

iculo divulgationis.

2. Et ratione probatur, quia duobus modis potest aliquod peccatum tendere in perniciem publicam: uno modo, quia habet pro obiecto proximo bonum publicum, & quia ex genere suo est contagiosum, & infectivum aliorum, & contaminat Republicam: altero modo respectu scandali, quod inter laicos ex eo peccato oritur, & infamia, quae in religionem redundat, quoties in illorum notitiam venit. Vtique autem modo peccatum hoc, de quo loquimur, tendit in perniciem religionis: est enim peccatum viscosum, quod multos palleres implicat. Est etiam valde contagiosum, & infectivum, vt potest quod in aliorum subuersione tendit; qui enim hoc vitio oblitus est, ruitur plures corrumperem, & socios sui criminis haberet securos, ac fideles. Deinde est valde scandalosum, tum quia nullo alio vitio religio redditur tam infamis, quae prauorum peccatis arcetur ab exercendis superioribus ministeriis cum proximis, qui timent ne libi inferantur damnatio, quae audiunt in vicinorum dominibus. Tum etiam quia laici, quae intentur in uno, suscipiuntur in ceteris, & toti Ordini detrahunt honorem, ut suprà retulimus ex D. Aug. Epist. 137. Vnde tot Religiosi perfecti, ieunantes, orantes, diuinas laudes die nocturne decantantes, corpora sua frequentibus castigationibus, ciliosis, disciplinis, in seruicium spiritus redigentes, ob nimiam quam patiuntur verecundiam cum hæc peccata vulgantur, nec audent domo egredi, nec elemosynas petere, nec facient leuare. Itaque nullus prudens negare poterit, peccatum hoc esse contra bonum commune religionis. Quando vero peccata vergunt in publicam perniciem, vel damnum communitatæ, omnes fateantur debere denunciari Prelato ut Iudici ante mentionem: ergo idem & ob eandem rationem fatendum est de hoc peccato, quando est periculum publicationis. Eo vel maximè, quia in hoc peccato, regulatiter loquendo: parua, aut ferè nulla est ipsæ emendationis per monitiones secretas. Tum etiam quia delinquis sua culpa liberò voluit infondere damnum toti Religioni, & sic iure, & via defensionis, licitum est illud repellere per medium denunciationis. Nec mutatio loci esse solet remedium: ignis

enim hic non facile extinguitur, sed eum fecum potat quocumque vadat, & ferè semper ad id detruit, vt qui vnum locum inficit, alia plura inficiat, & scandala multiplicentur, & infama Religionis occrescat. Ergo, &c.

3. Sed circa praesentem questionem ne defertur recognoscere me ipsum in part. 3. tract. 2. refut. 5. Et mihi placet opinio Patri Zacharie à Saluto in Direct. ind. cap. 12. vbi docet in peccatis carnalibus delinquisentes esse in dupli differentia, quidam qui fragilitate potius quam peccandi libidine in hoc crimen incident, quod non captata, sed oblate occiso illis peccandi ansam prebut. Quidam vero ex malitia peccantes diu delictum animo vestram, & vindicante lapsus occasiones querunt, ingraditunt domos suspectas, praedunt prava colloqui, literæ amatoria, donacula, & alia id genera; & hos posteriores, vt pote peruerla peccandi libidine animo corruptos, & aliorum corruptores abesse prævia admotione Iudici denunciando cerelegit fraternalm correctionem non tam illis prodefeat, quam obesse putat; quia ea non meliores, sed peiores sunt. Priors vero non statim denunciando esse, sed futerna admonitione prius corripiendo, eo quod modus peccandi eam illis profuturam satis persuaserat. Ita ille.

4. Vnde à fortiori concedendum est in peccatis carnalibus Religiosos posse procedere ad immediatam delationem Prelato, ut patri, qui frequenter non speratur in his peccatis, tam perfida emendatio per privatum, quam per Prelatum, ita non sit periculum relabendi: fornicatio enim raro contingit una vice tantum, si perseverat occasio, ne priuatus potest frequenter tanta autoritate posse: ob quod regula illa generalis in delictis reatuos est optimæ. Si quando vero spes vivendi a damna, per priuatam mentionem sit aequalis, ita ut moraliter nullum censuretur periculum in altero ex his modis, aut peccato non sunt recentia, sed iam emendata cum spe ea non esse iteranda, non obligat lex charitatis ad delationem immunitam occultam, & paternam. Et ita nec doceat Hurtado de Mendoza vol. 2. disp. 16. 3. scil. 5. §. 237. Et ideo si casus accidat in praxi adest Religiosus, pro consilio pium, & prudentem Confessarium.

RESOL. LXIII.

An sit necessaria correctio fraterna ex peccatis tamen occulti, que vergunt in damnum tertii? Ex p. 7. tr. 3. Ref. 51.

1. A D hoc dubium sic responderet Trullensis in Decalogum, tom. 1. lib. 1. cap. 5. art. 16. numero 3. Quando peccatum licet occultum, ita tamen credit in manus detrimentum aliquis, ut aliquorum, quam sic iactura qualiscunque fama pugnari apud Superiorum, vt si quis machetur in alterum alteri; tunc enim vita præponenda est fama. Quare si sciam Petrum velle Ioannem interficere, vel eius bona surripere, teneor ex Charitate malum hoc impedit, si commode possum, hoc modo, minimum si moraliter credam, profuturam correptionem, cum per me, aut per alios (si hoc magis expediri) corripere: si vero hæc non sufficiat, cum justitiam quam Patri denunciare: quod si nec hec sit spes emendæ, teneor monere innocentem in communione, vt ibi caueat, non nominando delinquenter. Quod si hoc modo damnum impediuri non potest, tunc manifestare nocentem innocentem, nam nesci